



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De Ferijs. Titulus IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

instituuntur §. sed si bonorum sub num. 3. vers. quæ-
ro igitur utrum lapsus & c. ff. de hæred. instit. Effe-
ctus dilationis † est, quod siue pars siue
integra fuerit data dilatio, eo uisque iudicis
officium conquiescat, donec petiti temporis
defluxerint curricula, c. significante de appell.
c. 2. & ibi gloss. in verbo plene in fine hoc tit. l. siue
pars C. eod. & medio tempore gesta sunt nul-
lius momenti, §. sancimus in fine auth. de exhib.
& introd. rei gl. in l. 1. in verb. nullius esse momenti
ff. de ferijs. Et Feriae omnes, siue repentinae, si-
ue solemnies dilationum temporibus con-
numerantur; d. l. siue pars l. 1. C. de ferijs. De Stylo
Rotæ omnes dilationes censentur reu-
cate ante prolationem sententiae ad esse. Etū
validitatis sententiae, Greg. xv. dec. 3. 7. in fin.

De Ferijs.

Titulus IX.

S V M M A R I A.

- 1 Feria duplices sunt, Repentina quos solus Princeps indicit, & solemnies.
- 2 Solemnum quadam sunt ob reverentiam Dei
introductæ.
- 3 Aliae constitutæ sunt in honorem Ciuitatum, &
Principum.
- 4 Quadam ob necessitatem hominum, vt tempus
messum & vendemiarum.
- 5 Nonnullæ ad requiem laborum, vt anni dies ca-
loribus mitigandus, & diei Calendarum la-
nuariorum.
- 6 Ferijs ob necessitatem & requiem hominum
introductis tacite & expresse potest renun-
ciari.
- Si aliter parte inuita, vel absente iudicium
erit, sententia nullius est momenti, exceptio
quibusdam causis.
- 7 Ferijs repentinis, aut introductis in honorem
Dei non potest renunciari, & sententia quam

contingit huiusmodi diebus promulgari, est
nulla, exceptis paucis causis.
8 Ferijs omnibus commune est, quod actus volun-
taria iurisdictionis, etiam quolibet die feria-
to exerceri possint.

Post titulum de dilationibus, subdit de
ferijs, quia largo modo dilationes voca-
ri posseunt, nam præstant vacationem ab his,
quæ sunt in foro judiciali, & operibus ter-
nilibus, c. 1. 2. & 3. de consec. dist. 3. Duplices †
sunt, repentinae, quas solus princeps rebus
feliciter gestis inducit, non inferior : l. 1. l. à
nullo C. hoc tit. l. sed eti per praetorem §. si feria ff.
ex quib. caus. maior. &c. & solemnies quartum
aliquæ † sunt ob reverentiam Dei intro-
ductæ, enumeratae 15. quest. 4. in summa, &
per totam & in c. conquestus hoc tit. l. omnes dies
C. eod de consec. dist. 3. in summa. Illud notandum,
quod de stylo Germaniae iure canonico cons-
formi, dies dominica denominatur à prin-
cipio introitus misericordie, c. cum dilecti de dol. &
contum. ab ipsque ad diem dominicam qua canta-
tur ego sum pastor bonus. Præterea singuli Epi-
scopi in suis dioecesis cum clero & popu-
lo certas solemnitates in honorem Dei, &
sanctorum possunt indicere, c. fin. §. solemniti-
tates hoc tit. quæ omni veneratione sunt ob-
seruandæ à subditis, & exemptis omnibus,
etiam regularibus, c. 12. §. dies seb. 25. & regul.
& monial. & abstinentia est ab omni ope-
re illicito, cum starum artium officijs, l. omnes
l. actus C. hoc tit. mercato, placito, iuta-
mento nisi pro pace, aut alia necessitate, c. 1.
hoc tit. late Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 30. per
totum, ac omnibus voluptatibus, l. fin. C. hoc
tit. attamen propter necessitatem alimen-
torum licet eisdem diebus operi seruili inten-
dere, præterquam in maioribus anni festiui-
tatibus, c. licet hoc tit. ruralia opera explicare,
frumenta sulcis; vineta scrobibus mandare,

L. omnes

1. omnes iudices C. hoc tit. c. 1. hoc tit. c. placita §.
insuper 15. quæst. 4. Menoch. de arbit. quæst. 30. ac
pacisci & transligere super liribus, etiam in
minoribus festiuitatibus. l. fin. C. hoc tit. Aliæ
3 constitutæ sunt in † honorem ciuitatum,
ac principum, vt dies natalitij maximarum
vrbium Romæ, & Constantinopolis, quia
ab ipsis iura nata sunt dies, qui vell lucis au-
spicia, vel ortus imperij summo Pontifici,
aut Imperatori protulerunt, d. l. omnes dies
& c. vers. hū adij: imus & vers. nostris etiam gloss.
4 2. in c. fin. hoc tit. & ibi Can. Quædam ob † ne-
cessitatem hominum vt tempus messium, &
vindemiarum, propter occupationes circa
rem rusticam, d. c. fin. §. fin. l. 1. ff. hoc tit. quod
statuunt præfides prouinciarum pro con-
suetudine loci, l. præfides ff. hoc tit. Nonnullæ
5 ad † requiem laborum, vt æstiu dies ca-
loribus mitigandis, & dies calendarum la-
nuariatum otio mancipantur, d. l. omnes dies
in prim. l. pridie ff. hoc tit. & hæc omnes præstant
vacationem à libibus, earumque processibus
sive actibus judicialibus non alijs, l. diuus &
ibi Bart. & Ias. ff. hoc tit. l. 2. post princ. & l. omnes
in princ. in dubio autem dies præsumitur iu-
tidicus, non feriatus. d. l. omnes dies & ibi DD.
6 Ferijs introductis † ob necessitatem, & re-
quiem hominum tacite, & expresse renun-
ciari potest, l. 1. in princ. l. si feriatus ff. de ferijs gl.
in d. omnes dies & ibi DD. d. c. fin. §. fin. eod. &
ibi Can. etiam extra judicialiter in contractu,
Pan. in d. c. fin. num. 12. tenerque renuntiatio
quoad præfentes, & non quoad indicendas
ferias, Bart. in l. 1. §. 1. num. 3. ff. hoc tit. in præ-
iudicium renunciantium non testium, qui
in iuiti compelli non possunt ad testimoniū,
quia partes illis non potuerunt præiudicare,
gloss. fin. in fine in d. l. omnes dies Pan. in d. c. fin. nu.
12. in fine. si aliter aduersus ea, parte inuita,
vel absente, judicium erit, sententia nullius
est momenti, & circa appellationem infir-

mabitur; quia non tenetur venire ad alle-
ganda sua priuilegia, si certum erat eo tem-
pore, ipsum vocari non debere, gloss. in l. 1. in
verbo nullius esse momenti ff. hoc tit. & ibi DD.
tum quod nec prætoris factum iuri deroga-
re oportet, l. 1. in fine princ. l. si feriatus ff. hoc tit.
nisi dilatio actionem sit peremptura, verum
ad hoc tantum cogi æquum est, vt lis conte-
steatur, deinde alterutro reculante litigare,
dilatio concedi, l. 1. §. fin. ff. hoc tit. aut canticæ
sunt summariae ex dispositione iuris canoni-
ci, Clem. sæpe de verbo signif. sive publicæ, vel
fiscales, aut pistoriæ, l. publicas C. hoc tit. aut a-
gatur possessorio, Achil. decis. vñica hec tit. Bel-
lam. decis. 66 4. Rot. decis. 2. de caus. posses. & pro-
priet. in nou. Clem. sæpe de verbo signif. vel alia
species sunt nominatim exceptæ, l. 2. & 3. ff.
hoc tit. item interdictus processus, & len-
tentiae dictio, tamen judicis executio non est
interdicta, vnde in dictis fetijs debitores
possunt capi, instrumenta confessionata
mandari executioni, c. significauerunt de iud.
Bart. in l. omnes C. hoc tit. Renunciari † non
potest ferijs repentinis, Clem. sæpe & ibi gloss.
in verbo necessitates de verb. signif. aut introdu-
ctis in honorem Dei, c. fin. hoc tit. Et conten-
tientibus etiam partibus, nec processus ha-
bitus tenet, nec sententia, quam contingit
huiusmodi diebus promulgari, etiam in
causis summariorum ex dispositione iuris canoni-
ci, gloss. in d. Clem. sæpe in verb. ob necessitates de
verb. signif. ac etiam omnis executio iudicis
est interdicta, c. 1. hoc tit. l. fin. Bart. in d. l. omnes
C. eod. & compulsio annonariae sanctionis,
omniumque publicorum, priuatorumque
debtorum exactio, d. l. omnes in fine. Excipe
quando nec sitas vrget, vel pietas suader,
vt in causis debilium, & miserabilium per-
sonarum, d. c. fin. & ibi gloss. pen. & fin. quæstio-
nibus latronum, l. prouinciarum C. hoc tit. ne
differatur sceleratorum proditio consilio-
rum,

cum quæ per latrosum tormenta quærenda est, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Commune est t̄ omnibus ferijs, quod actus voluntariae iurisdictionis etiam quolibet die feriato exerceti possint; l.2. & l. actus & l. fin. C. hoc tit. potest itaque libellus conventionalis produci in prima instantia, l. miles §. sexaginta ff. de adult. appellatio interponi, l.1. C. de ferijs & ibi Salyc. num. 3. Paul. de Castro n. 2. Apostoli peti & dari, quia sunt actus extra judiciales, Rot. decisi. 82. de apel. in antiq. attifstans de vsu & stylo. Portigi libellus appellatorius, tam coram iudice à quo, quam coram iudice, ad quem, Bart. in l.1. §. libelli ff. de appell. Bald. in l.1. C. de ferijs n. 2. Delegationes & electiones iudicium fieri; Saly. in l.1. num. 3. C. de ferijs. nec non, recepto iuramento testium parte præsente & die iuridica, eorum examinatio, quia est potius quid facti, quam iuris glossa in clem. l. de off. & potest. iud. deleg. Saly. in d.l.1. sub num. 5. C. de ferijs. Guid Pap. decisi. 215. plures actus cumulat & Iac. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 3. num. 14. & seqq. si in Imperatoris oritur aut natalem diem, celebranda solemnitas diuinæ maiestati dedicata incidenterit, Schena theatralis, certamen, spectacula, & ludus diffringuntur, l. fin. vers. nihil eodem die C. hoc est.

De ordine cognitionum.

Titulus X.

S V M M A R I A.

- 1 Recuperanda possessorium ob spolium non violentum, sive proponatur agendo sive excipiendo, excludit super eadem re, exceptionem & actionem dominij alterius & proprii.
- 2 Recuperanda possessorium ob spolium violentum ex vi expulsiva vel ablativa reiicit omne aliud iudicium ciuale, sive petitorium, sive summa in Decretales.

possessorium, & Criminale, nisi sit iudicium paro potest.

- 3 In Civilibus non admittitur exceptio spoliationis facta ab alia quam ab actore, quodque spoliationis facta ab actore ipsi reo, & non alteri persone.
- 4 In Criminalibus accusationibus nedum admittitur exceptio, & actio spoliationis facta ab aduersario, sed etiam à tertio, dum modo sit de tota substantia vel maiori parte.
- 5 Spoliationis exceptio probanda est infra quindicim dies.
- 6 Spoliationis exceptio multis casibus excluditur.
- 7 Spolium attentatum suspendit quodcumque aliud iudicium.
- 8 Actore opponente de inhabilitate rei, & reo excipiente de inhabilitate actoris, prius discutiendum est de inhabilitate actoris.
- 9 Super exceptione impidente processum, sive dilatoria, sive peremptoria qua opponitur vel dilatoria, sive vel alij dicunt super questione emergente a causa principali, si iudex insimul procedat, vel processus erit nullus, vel poterit appellari.
- 10 Exceptio peremptoria aut dilatoria sive questione incidentis concernens ipsum factum, reseretur post item contestatam, & simul examinatur cum negotio principali.
- 11 Excipe qui agenti petitorio de matrimonio obstat exceptio consanguinitatis, de qua antea est cognoscendum.
- 12 Interim dum agitur ciuiliter contra delinquentem, non potest accusari criminaliter, nec à co. tr. s. coram eodem aut diuersis iudicibus.

LIBELLO oblato, lite contestata, praestita liuramento calumniæ, causæ merita examinantur, & quia sepius ab actore plures mouentur questiones, interdum ab utraque parte, quandoque incident, quandoque emergunt, & dubitari possit, quis ordo in

M m

earum